

tale nos audita causa studuimus nr̄e fidei meritum conservandum
indagare excelsę v̄re dominationis. Videat denique m̄s dñs pro hac
causa que nos supra narrauimus, quomodo de tali eximie domina-
tionis placitum sit, neque ex sui unius ex minimis mihi seruis quomodo
aut qualiter placeat meus gl̄osus iubeat dñs. si valeat dñs meus per
longa secula letus.

Domino atque sanctissimo ille ep̄s atque angelico patri ego tale idemque
indignus filius vel clientulus vester, Precor sublimem beatitudinem vram, o
sc̄issime p̄r, ut unum in nobis sc̄a paternitas v̄ra beneficium impendere
non dedignetur. Scit enim sc̄itas v̄ra qđ modo humana fragilitas morti subiaceat peri-
culo, qđ dicam? beati illi quorum anime meritis suis vel v̄ris precibus ad regna
pergunt beata. Credimus nempe indubitanter, qm̄ vobis presentibus divina mai-
estatis v̄borum animas atq; mortuorum a nexu absoluet peccati. Unde ego coartor
tribulationibus defuncti satoris mei preceptum perficere negligere nolo, ipsum
michi adhuc vivens iuvenite hoc quo angelicę paternitatis v̄re manus
direxit hoc causa tale, quod precor ut libenter suscipias, et per sacerdotes
v̄ros vobis subiecti munus oro ut detis, et pro anima eius precor supplici-
ter sc̄issime pater utraq; sedulas sacrasque Christo preces effundere digne-
ris, et sacerdotes v̄ros oro, ut pro eius animola sc̄e trinitatis sacrificium offerant. Si no-
men eius queritur, ille sic nomen eius, et spes illi talis fueras, qui cum multis lacrimis et
cum vera confidentia et summa devotione et certissima spe se vestris sc̄issimis precibus
ante deum mortis sue commendavit. Unde precor, ut sicut sc̄itas v̄ra pro oib; vigilet et
laborat, omnibus quiescis precantibus, ita et pro anima illius deo orare dignemini. His
omisso ut felix opto tempora longa geras.